

HOLY SEE PRESS OFFICE  
OFICINA DE PRENSA DE LA SANTA SEDE



BUREAU DE PRESSE DU SAINT-SIEGE  
PRESSEAMT DES HEILIGEN STUHLIS

# BOLLETTINO

SALA STAMPA DELLA SANTA SEDE

N. 0591

Sabato 25.07.2015

Pubblicazione: Immediata

Sommario:

- ◆ Lettera del Santo Padre all'Inviato Speciale all'inaugurazione del "complesso conventuale" del Santuario di "Maria-Radna" recentemente restaurato (Timisoara, Romania, 2 agosto 2015)
- ◆ Rinunce e nomine

- ◆ Lettera del Santo Padre all'Inviato Speciale all'inaugurazione del "complesso conventuale" del Santuario di "Maria-Radna" recentemente restaurato (Timisoara, Romania, 2 agosto 2015)

Il 19 giugno scorso è stata pubblicata la nomina dell'Em.mo Card. Joachim Meisner, Arcivescovo emerito di Köln (Germania), a Inviato Speciale all'inaugurazione del "complesso conventuale" del Santuario di "Maria-Radna" a Timisoara (Romania), recentemente restaurato, in programma il 2 agosto 2015.

Pubblichiamo di seguito la Lettera del Santo Padre Francesco all'Em.mo Card. Joachim Meisner:

## Lettera del Santo Padre

*Venerabili Fratri Nostro  
IOACHIMO S.R.E. Cardinali MEISNER  
Archiepiscopo olim Coloniensi*

Praeclara inter sanctuaria, ad quae christifideles pia mentis affectione accedunt ut Beatissimae Virginis Mariae memoriam venerentur Eiusque Filii operis Redemptionis laetanti animo recordentur, illud *Maria-Radna* in

Romania apparet, iuxta quod aedes olim conventus Franciscanorum ad Sanctam Mariam Gratiarum iacent. Istae autem aedes, in statum deteriorem delapsae, iamdudum in formam redintegratam restituendae erant. Nunc vero populus Timisoarensis, nonnullis dioecesibus Germanicis necnon Unione Europaea auxiliantibus, multum operae ac laboris consumavit in iis aedibus explendis, ita ut, in die festo Portiunculae, die scilicet altero mensis Augusti anno MMXV, paratus sit ad easdem denuo inaugurandas.

Quapropter magno gaudio affecti sumus in hac renovatione expleta, ac volumus enixas populo Timisoarensi depromere Nostras gratulationes, simul gratias Patri Omnipotenti agentes quia Christum Filium Suum, utpote lapidem ab aedificantibus reprobatum, fecit in caput anguli, quod factum mirabile est in oculis nostris (cfr *Mt* 21, 42).

Enimvero Venerabilis Frater Martinus Roos, Episcopus Timisoarensis, postulavit ut quendam insignem Praelatum designarem qui, die II mensis Augusti insequentis, verba adhortationis omnibus adstantibus huic iucundae inaugurationi afferat. Iustam ideo hanc rogationem iudicantes eique adnuere volentes, ad Te, Venerabilis Frater Noster, decurrimus, quippe qui insigne servitium in bonum Ecclesiae tamquam Archiepiscopus Metropolita Coloniensis ac Pater Purpuratus obtuleris. Te igitur hisce Litteris Missum Extraordinarium NOSTRUM nominamus ad sollemnes celebrationes die II proximi mensis Augusti renovationis aedium iam conventus Franciscanorum ad Sanctam Mariam Gratiarum apud Sanctuarium *Maria-Radna* in Romania, quo munere fungeris die altero mensis Augusti insequentis. Omnes quippe huic eventui participes adhortaberis ut, animis cum sanctissimi Redemptoris animo coniunctis, universorum donorum ex intercessione Beatissimae Virginis Mariae a Deo Patre impetratorum plene sint conscii eaque ceteris impertienda possint conferre. Episcopum Timisoarensis aliosque adstantes sacros Praesules, sacerdotes, religiosos viros mulieresque et christifideles laicos Nostro salutabis nomine Nostramque iis ostendes benevolentiam.

Instanti denique prece Omnipotentem Deum exoramus ut diligenter officium tibi concredutum expleas, ita ut omnes huius celebrationis participantes uberibus gratiis a Domino ditentur. Caelestium verum donorum conciliatrix et nuntia esto Nostra Benedictio Apostolica, quam tibi, Venerabilis Frater Noster, libenter in Domino impertimus, quam item ad omnes congregatos volumus pertinere, dum a te et ab ipsis auxilium precationum petimus pro officio Nostro Petrino exercendo.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die XX mensis Maii, anno MMXV, Pontificatus Nostri tertio.

FRANCISCUS

[01271-LA.01] [Testo originale: Latino]

## ◆ Rinunce e nomine

Rinuncia del Vescovo di Tumaco (Colombia)

Nomina del Legato Pontificio per la celebrazione del V centenario dell'evangelizzazione della Repubblica Democratica del Timor Orientale (Dili, 15 agosto 2015)

Nomina dell'Inviato Speciale alla Celebrazione Eucaristica in occasione del XVIII meeting internazionale delle Comunità Colombariane, nel 1400° anniversario della morte di San Colombano (Bobbio, Italia, 30 agosto 2015)

Nomina dell'Inviato Speciale alle celebrazioni conclusive del 1500° anniversario della fondazione dell'Abbazia di Saint-Maurice (Svizzera, 22 settembre 2015)

**Rinuncia del Vescovo di Tumaco (Colombia)**

Il Santo Padre Francesco ha accettato la rinuncia al governo pastorale della diocesi di Tumaco (Colombia), presentata da S.E. Mons. Gustavo Girón Higueta, O.C.D., in conformità al can. 401 § 1 del Codice di Diritto Canonico.

[01272-IT.01]

**Nomina del Legato Pontificio per la celebrazione del V centenario dell'evangelizzazione della Repubblica Democratica del Timor Orientale (Dili, 15 agosto 2015)**

Il Papa ha nominato l'Em.mo Card. Pietro Parolin, Segretario di Stato, Legato Pontificio per la celebrazione del V centenario dell'evangelizzazione della Repubblica Democratica del Timor Orientale, in programma a Dili il 15 agosto 2015.

[01273-IT.01]

**Nomina dell'Inviato Speciale alla Celebrazione Eucaristica in occasione del XVIII meeting internazionale delle Comunità Colombariane, nel 1400° anniversario della morte di San Colombano (Bobbio, Italia, 30 agosto 2015)**

Il Santo Padre ha nominato l'Em.mo Card. Angelo Scola, Arcivescovo di Milano, Suo Inviato Speciale alla solenne celebrazione eucaristica che avrà luogo a Bobbio (Italia) il 30 agosto 2015, in occasione del XVIII meeting internazionale delle Comunità Colombariane, nel 1400° anniversario della morte di San Colombano.

[01274-IT.01]

**Nomina dell'Inviato Speciale alle celebrazioni conclusive del 1500° anniversario della fondazione dell'Abbazia di Saint-Maurice (Svizzera, 22 settembre 2015)**

Il Papa ha nominato l'Em.mo Card. Kurt Koch, Presidente del Pontificio Consiglio per la Promozione dell'Unità dei Cristiani, Suo Inviato Speciale alle celebrazioni conclusive del 1500° anniversario della fondazione dell'Abbazia di Saint-Maurice (Svizzera), che avranno luogo il 22 settembre 2015.

[01275-IT.01]

[B0591-XX.01]

---